

Dat. die 11.  
Martii anno  
Dom. 1133.  
Pont. anno 11<sup>o</sup>

**EGO INNOCENTIUS** Catholicę Ecclesię Episcopu.  
Datum in Territorio Vulterrano per manum Aymerici S. Romanę Ecclesię Diaconi Cardinalis & Cancellarii, V. Idus Martii Indictione XII. Incarnationis Dominicę anno MCXXXIII. Pontificatus Domni Innocentii Papę II. anno IV.

XII.

Januensis Ecclesia in Archiepiscopatum erigitur cum assignatione quinque Ecclesiarum suffraganearum.

Ex Originali edidit Ugebeck Hal. Sac. T. 1. ubi de Hist. Ecclesie hujus.

Proemium

Disturba inter Hispanos & Januenses discordia a Synodo Episcoporum composita.

Quare Archiepiscopali honore ornatus, additis tribus Ecclesiis Suffraganeis in Corsica.

Et duabus aliis adjacentibus.

Januensis Archiepiscopus a solo Romano Pont. dependens, & concessio Pallii. Videntur desiderari alique.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Syro, Januensi Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicę substituendis, in perpetuum.

**I**ustus Dominus, & justitiam dilexit, equitatem vidit vultus ejus. Si pro homine perditio humanatus est Dei Filius, & pro ejus redemptione atque salute mortem ignominiosam pertulit; catholica igitur & sancta Dei mater Ecclesia, ne filii sui damnentur perpetuo, bona sua hilari vultu, & mente jucunda, debet impendere. Quocirca sacrosancta Sedes Apostolica, animarum salutem providens, quoniam pro discordia & guerra, que inter dictam Januensem civitatem, & Pisas olim, argutissimo id fovente inimico humani generis, orta est, incomparabiles hominum clades, Christianorum captivitates, & Ecclesiarum destructiones innumera pręvenerunt; ut de cetero tam detestabilis lis & dissensio conquiescat, personam tuam, & per te Januensem Ecclesiam a prefata Civitate, que beato Petro, ac sanctę Romanę Ecclesię fidelis, & ad serviendum prompta extitit, & de cetero se id facturam propensius pollicetur, decorem & exaltationem, prerogativę gloriosę sublimat. Te igitur, frater charissime Syre Archiepiscopo, Pallii genio decorantes, & gratia ampliori donantes, in Archiepiscopatum promovemus, & tres Episcopatus in Corsica, Maranen. videlicet, Nebolensem, & tertium, cujus Sedem constituimus Ecclesiam sancti Petri de Acci, qui habeat unam plebem de Marana, & aliam de Maria, atque Vobzensem, & illum de Brunate, quem modo novum statuimus, tibi tuisque successoribus metropolitico jure subjecimus. Verumtamen Episcopatum Januensem, & te videlicet, ac posteros tuos, ab omni emancipatos subjectione, in manu propria liberę retinemus, statuentes, ut Januensis Archiepiscopus eo ordine, quo & Pisanus, a solo Romano Pontifice consecratur. Quod si forte Pisanus Archiepiscopus a suis Suffraganeis fuerit consecratus, Januensis quoque a suis nihilominus similiter consecratur. Deinde vero infra Ecclesiam pręferens \* videlicet diebus, Cœna Domini, & Pascha, Ascensione Domini, Pentecoste, in festivitate Apostolorum Petri & Pauli, S. Laurentii, tribus festivitibus S. Marię, Natali Domini, Epiphania, & in die Anniversarii consecrationis tue, in consecrationibus quoque Episcoporum, Basilica-

rum, & ordinationibus Clericorum: Abbatiam quoque de Tyro ad meliorationem (salvę sanctę Romanę Ecclesię proprietate ac consensu) tibi, venerabilis frater Archiepiscopo Syre, committimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temerę venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat; Cunctis autem hæc nostra statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia aeternę pacis inveniant. Amen.

**EGO INNOCENTIUS** Catholicę Ecclesię Episcopus.

- Ego Guillelmus Prænestinensis Episcopus.
- Ego Johannes Ostiensis Episcopus.
- Ego Rodolphus Hortanus Episcopus.
- Ego Johannes tit. S. Chrysoconi Presbyter Card.
- Ego Anselmus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucin.
- Ego Lucas Presbyter Card. tit. SS. Johannis & Pauli.
- Ego Martinus Presb. Card. tit. S. Stephani in Coelio Monte.
- Ego Raynerius Senensis Episcopus.
- Ego Rolandus Rossellanus Episcopus.
- Ego Ildizo Saonenis Episcopus.
- Ego Romanus Diac. Card. S. Marię in Porticu.
- Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi.
- Ego Guido Diac. Cardin. S. Marię in Vialata.
- Ego Oddo Diac. Cardin. S. Georgii ad Velum aureum.
- Ego Guido Diac. Cardin. SS. Cosmę & Damiani.

Datum Grossetti per manum Aymerici sanctę R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii, XIV. Kal. Aprilis, Indict. II. Incarnationis Dominicę anno MCXXXIII. Pontif. vero D. Innocentii PP. Secundi anno IV.

XIII.

Erectio Monasterii Brugnaten. in Episcopalem Sedem, Archiepiscopo Januensi Suffraganeam.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Ildeprando Brugnateni electo, ejusque successoribus canonicę substituendis, in perpetuum.

**Q**uemadmodum Sedes Apostolica universis per Orbem Ecclesiis prelata consistit, dicente Domino ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni Cælorum; ita nimirum semper ei licuit duos Episcopatus in unum redigere, opportunitate temporis in duos dividere, novos creare, & Abbatias, & alia venerabilia loca Episcopalis præ-

Eidem committitur Abbatia de Tyro. Solita elevalg.

Innocentii PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 19. Martii anno Dom. 1133. Pont. an. 11<sup>o</sup>

Ex Tom. IV. Hal. Sac. Ugebeck ubi de Episcopis Ecclesie hujus.

Proemium.

XIV.

De obedientia ab Episcopis Dacię, Norvegię, Islandię &c. Hamburgensi Archiepiscopo tamquam Metropolitano præstanda.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri, Adalberoni, Hammaburgensi Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicę promovendis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

**A**D hoc in beati Petri cathedra, disponente Domino, constitui esse conspicimus, quatinus singulis Ecclesiis & Ecclesiasticis personis suam conservemus justitiam; & qualiter tam temporaliter quam spiritualiter earum status integer perseveret, salubriter providere curemus. Dignum etenim & rationale est, ut sicut sacrosancta Dei Ecclesia unitatis ac fidei perpetua mater existit, ita nimirum ejus privilegia custodiantur illęsa, ut nullis molestiis, nullis oppressionibus pravorum hominum fatigentur.

Sępe utique venerabilis Adalbero, Hammaburgensis Archiepiscopus in presentia, præcessorum nostrorum felices memorię Calixti, & Honorii, ac nostra, questus est, Ascendum Lundensem, & alios Episcopos Dacię, tibi debitam sicut Metropolitano suo, quemadmodum in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Romanorum Pontificum, continetur, obedientiam denegare; frequenter autem & a prædictis prædecessoribus nostris, Calixto, & Honorio, & a nobis, eis mandatum est, ut ad tuam, & Hammaburgensis Ecclesię redirent obedientiam; aut, si quam super hoc justam se habere confiderent rationem, ad Sedem Apostolicam venire, ostendere parati. Ipsi vero Apostolicis contemnentes obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt.

Quia igitur nemo lucrum debet de sua contumacia obtinere, ex deliberato fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilio, tam Lundensem, quam alios Episcopos Dacię tibi restituimus. Ad formam itaque privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, & Adriani, Episcopatus Dacię, Syvedię, Norvegię, Farię, Gronlandię, Halsingalandię, Islandię, Scridivindię, & Slavorum, charissimi filii nostri Lotharii Regis precibus inclinati, tibi, & per te Hammaburgensi Ecclesię, suę videlicet Metropoli, præsentis scripti paginą confirmamus.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temerę venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc statuta nostra servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum

Brugnatense Monast. in Episcopalem Sedem redigitur Januensi Archiepiscopo Suffraganeam.

Etique bonis omnibus communitatis.

Cum decreto immunitatis ab omni violentia;

Violatores Privilegii hujus anathemate percussuntur.

Innocentii PP. Et nonnullorū S. R. E. Cardinalium subscriptiones.

Dat. die 26. Maji anno Dom. 1133. Pont. an. 11<sup>o</sup>

rogativę culmine decorare. Hoc nimirum dispensationis intuitu pro bono pacis, & Ecclesię Catholicę salute atque suffragio, Brugnatense Monasterium, quod in honorem B. Petri Apostoli, sanctorumque Laurentii & Columbani, constructum esse cognoscitur, præsentis scripti paginą communimus, ipsumque Episcopalem Sedem de cetero fore decernimus: Statuentes ut Ecclesię, quę citra ipsum sunt, castella quoque, & villa, quę sui ipsi existunt, eidem Cœnobio parochiali jure subjaceant; & Pontifex, qui ibidem pro tempore fuerit, decimas, oblationes, & alia, tam in temporalibus, quam spiritualibus, tamquam proprius Episcopus habeat, & disponat, atque Januensi Ecclesię tamquam Metropolitane suę obediens & subjectus existat. Illud etiam huic nostrę Constitutioni addendum esse censuimus, ut universa, quę vel concessione Pontificum, oblatione fidelum eidem Ecclesię collata sunt, vel deinceps, auxiliante Domino, justę & canonicę conferentur, sibi suisque successoribus firma semper & illibata permaneant: salvá nimirum in omnibus sanctę Romanę Ecclesię justitią & reverentią. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, præfatam Ecclesiam temerę perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integrę conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat; Cunctis autem hæc nostra statuta servantibus sit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia aeternę pacis inveniant. Amen.

**EGO INNOCENTIUS** Catholicę Ecclesię Episcopus.

- Ego Guillelmus Prænestinensis Episcopus fs.
- Ego Churradus Sabinensis Episcopus fs.
- Ego Rodolphus Hortanus Episcopus fs.
- Ego Johannes tit. S. Chrysoconi Presb. Card. fs.
- Ego Gerardus tit. S. Crucis Presb. Card. fs.
- Ego Anselmus Presb. Card.
- Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Jo. & Pauli fs.
- Ego Romanus Diac. Card. S. Marię in Porticu fs.
- Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi fs.
- Ego G. Diac. Card. Marię in Via lata fs.
- Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii fs.

Datum Laterani per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii, VI. Kal. Junii Indict. II. anno MCXXXIII. Pontificatus vero D. Papę Innocentii II. anno IV.

Ex Tom. II. Constit. Imperial. Gallica pag. 43.

Sunt cuius Ecclesię gradus servandus.

Dacię Episcoporum contumacia in retrahendo mandato Hammaburgensi Metropolitano. Sapius moniti a Summis Pontificibus de obedientia.

Sed frustra.

Itaque Metropolitano eidem iuribus subiacentur.

Solite conclusiones præsentis Secreti roborantes.

Dat. die 27. Maii ann. Domini 1133. Pont. an. 14.

Ex Archiv. Monast. S. Salvatoris Papien. edidit Margarit. Bulgar. Cassanen. P. II.

Exordium.

Monasterium sub protectione Sed. Apost. recipiens.

Eidem bona omnia confir. mat.

Ejusque Abbatem non nisi a Monachis eligi.

Et non nisi a Romano Pont. consecrari debeat. Christina, Oleum sanctum ceteraque facta a quocunque Archiepiscopo recipienda. Baptismum in Ecclesiis Monast. cele.

Etum Judicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Datum Romae apud montem Aventinum per manum Aymerici Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, VI. Kalend. Junii, Indictione XI. Incarnationis Dominicae anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. anno III.

XV.

Concessio Privilegiorum Monasterii S. Salvatoris Papien. Dioecesis Ordinis Cisterciensis cui bona omnia confirmantur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Johanni Abbati venerabilis Monasterii, quod dicitur D. Salvatoris secus Papiam siti, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

AD hoc nobis a Deo Pastoralis officii cura commissa est, ut quieti & utilitati omnium Ecclesiarum, particulari debeamus sollicitudine providere; & ne pravorum hominum fatigantur molestiis, eas auctoritate Sedis Apostolicae communiare. Quapropter, dilecte in Domino fili Johannes Abbas, tuis rationabilibus postulationibus assensum praebentes, Domini Salvatoris Monasterium, cui Deo auctore praesides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad exemplar Praedecessorum nostrorum felicitis memoriae Johannis, Benedicti, Paschalis, Calixti, Romanorum Pontificum, sub Beati Petri tutela, & Apostolicae Sedis protectione suscipimus. Quod nimirum Coenobium, ab Adeleide Imperatrice Augusta renovatum, & ejus liberalitate, & donationibus ditatum, super scripti nostri privilegii paginam communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quaecumque praedia urbana sive rustica, culta vel inculta, quaecumque possessiones, utensilia vel ornamenta, a praefata Augusta, vel ab aliis fidelibus, de suo jure, eidem Monasterio collata, in praesentiarum iuste, & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis nominibus, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Sane obest te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia preponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, providerint eligendum: Electus autem a Romano Pontifice consecratur. Christina, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Monachorum, seu Canonicorum vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, a quo malueritis, suscipiatis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam Sedis Apostolicae habuerit. Porro in Ecclesiis ad ipsum Monasterium pertinentibus Baptismum celebrare permittimus, in quibus videlicet usque ad haec tempora constat esse ce-

lebratum. Missas quoque publicas in eodem Monasterio celebrare, aut Stationes, sive Ordinationes aliquas, praeter Abbatis voluntatem ab Episcopo quolibet fieri prohibemus. Decimas praeterea reddituum praefati Coenobii, absque alicujus Episcopi, vel ministrorum ejus contradictione, vobis habendas concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, praenominatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad haec, presenti capitulo adjunctes, statuimus, ut supra dictum Coenobium sub nullius personae jurisdictione seu potestate permaneat, sed ab omni iugo liberum, soli Sanctae Romanae & Apostolicae Sedi subiectum esse sancimus. Dalmatica, Sandaliorum, nec non Chirothecarum usum tibi, tuisque successoribus, juxta praedecessorum nostrorum statuta, concedimus. Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostram Constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicae Eccl. Episcopus.

Ego Ubertus Presb. Card. Tit. S. Clementis subscriptus. Ego Anselmus Presb. Card. Tit. S. Laurentii in Lucina ss. Ego Cosmas Presb. Card. Tit. S. Ceciliae ss. Ego Lucas Presb. Card. Tit. SS. Jo. & Pauli ss. Ego Dominicus Diac. Card. Tit. S. Mariae in Porticu ss. Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii & Bacchi ss. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ss. Ego Guido Diac. Card. Sanctorum Cosmae & Damiani ss.

Datum Placentiae per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellar. tertio non. Junii, Indictione XX., Incarnationis Dominicae anno MCXXXIII., Pontificatus vero SS. Domini Innocentii II. anno III.

brandi facultatem tribuit. Missas publicas, vel quid simile in Coenobio inibi celebrari: Decimas bonorum: Ipsa bona Monasterii, iusjurata perturbari prohibet.

Quod omnino liberum sub S. Sedis tutela fore declarat; Eiusque Abbati Dalmatica, Sandaliorum, & Chirothecarum usum confirmat. Soluta clausula.

Innocentii PP.

& S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 3. Junii anno Domini 1133. Pontif. anno 14.

XVI.

Cuncta Ecclesiae Fuldenensis privilegia confirmat, ac ejusdem Abbatibus usum Mitrae, & Anuli tribuit.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Bertoo Abbati Monasterii Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & sancti Bonifatii, quod situm est juxta ripam fluminis, quod Fulda vocatur, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiae Dei, tam prope quam longepositis, attentam sollicitudinem gerere, & earum quieti & utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque, & honesti conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & Apostolicae Sedis munimine robaremus. Ea propter, dilecte in Domino fili Berthoe Abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, & Salvatoris Domini nostri Jesu Christi Monasterium, cui Deo auctore praeside dinosceris, Sanctae Romanae Ecclesiae privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium impraesentiarum iuste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: In quibus haec propriis nominibus duximus annotanda: Monasterium videlicet sancti Andreae Apostoli, quod vocatur Exajulum, situm Romae juxta Ecclesiam sanctae Dei Genitricis Mariae semper Virginis, quae vocatur ad Praesepe, a Praedecessore nostro, felicitis memoriae Papa Leone praedecessori tuo Huberto religioso Abbati, respectu dilectionis donatum, cum omnibus caminatis, mansionibus, cellis, vineis & coquina, cum vineis, ortis, diversisque pomorum generibus, cum curte & puteo, & introitu per portam majorem a via publica, & cum omnibus ad idem Monasterium pertinentibus generaliter, tam intra quam extra Urbem sitis, quae ei iuste ac recte pertinere noscuntur. Prohibemus autem, omnem cujuslibet Ecclesiae Sacerdotem in jam dicto vestro Fuldeni Monasterio aliquam ditionem habere, vel auctoritatem, praeter nostram Apostolicam Sedem, ita ut nisi ab Abbate ipsius Monasterii fuerit invitatus, nec Missarum ibidem solemnium celebrare praesumat. Porro dona, oblationes ac decimas fidelium absque ullius personae contrarietate eidem Monasterio perpetuo firma esse sancimus.

Interdicimus etiam, ne femina unquam illuc ingredi praesumat: & nequis unquam placitum ibi habeat, vel in ceteris ejus locis nec servos, nec colonos ad aliquod servitium constringat, nisi cui Abbas ad utilitatem suae necessitatis assensum praebuerit. Obvenit vero te, nunc ejusdem loci Abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutiae, seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars concilii sanioris, secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem, ut congruis temporibus nostrae

Bona omnia ad Monast. pertinentia confirmat.

Aliqua ex his enumerat.

Ne quilibet unquam Sacerdos jurisdictionem aliquam praeter Abbatem inibi exerceat.

Neve femina ulla illuc ingrediatur, interdicit.

Ut Abbas solis Monast. eligatur.

solicitudini ecclesiasticae intimetur, qualiter Religio monastica inter fratres, tuo regimini commissos, regulari habitu dirigatur, concordiae convenienti ecclesiastico studio mancipet; ne forte, quod absit, sub hujus privilegii obtentu animus gressusque restitutions vestrae a norma iustitiae aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi, fili charissime, praedicare verbum Dei auctoritate nostra apostolica; & ut tam tu quam successores tui ante alios Abbates Galliae, seu Germaniae, primatum in omni loco conventuque obtineatis. Usum quoque Dalmaticae, & Sandaliorum in missarum solemnibus ex Apostolicae Sedis benignitate, secundum quod in antecessorum nostrorum privilegiis continetur, dilectioni tuae concedimus, & ob majorem familiaritatis praerogativam, quam in sancta Romana Ecclesia nostro tempore consequi meruisti, licentiam utendi Mitra & Anulo tibi tuisque successoribus nihilominus impertimur: Abbas vero non nisi a nostra Sede benedicatur, a qua benedici debet; & si in aliquo crimine accusatus fuerit, ejusdem tantummodo Romanae Sedis iudicium exequatur. Illud insuper generaliter addendum esse dignum duximus, ut quicquid auctoritate Praedecessorum nostrorum, Regum, vel Imperatorum, ipsi Fuldeni Coenobio certum est fuisse concessum, sit etiam nostra auctoritate apostolica per hujus scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, praefatum Coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Coenobio sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Cancellarii, Nonis Junii, Indictione XI. Incarnationis Dominicae anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii anno IIII.

Abbat. Primatum inter alios Galliae, & Germaniae, Usus Dalmaticae, & Sandaliorum, Qui solus Apost. Sedis iudicio sit subiectus. Privilegia omnia Pontificia, & Regia confirmat. Soluta clausula.

Dat. die 4. Junii anno Domini 1133. Pontif. anno 14.